



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomus ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fasciculus Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Fraternitas Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

in suanatura. O dignitas infinita divini amoris !  
 ac proinde etiam hæredem omnium  
 in saeculorum.  
 In mundo esset hæc potestas, & concessio, ut aman-  
 tum quem Regem, quis efficere posset ejus filius, quis  
 non velit amare? Hæc potestas, quæ in amore hu-  
 mano non est, in divino est. *Dedit eis potestatem filios Dei*  
*(Joan. 1.)* fieri inquam, Deum an ando: & quanto  
 magis crescit amor, tanto magis crescit & filiatio, & cum  
 hæreditas majorum bonorum.

O nobilissimos titulos hominis Christiani, Amantis,  
 Hæredis; pro quibus utiq; spernere debetur omnes  
 honores, quantumvis honoratos, ac speciosos in  
 mundo.

CONSIDERATIO  
 XLIV.

AMOR DEI,

*Fraternitas Christi.*

*Heredes DEI, coheredes autem Christi. (Rom. 8.)*  
 Quia fratres Christi sumus, filij ejusdem Dei Patris.  
 Christus est filius primogenitus, nos secundò geniti:  
 Christus est filius per naturam, nos per adoptionem;  
 Christus est filius per unionem cum Deo, nos per unio-  
 nem cum Christo. Quia dum unimur Christo per Cari-  
 tatem, ut palmites cum vite, participamus eundem  
 spiritum Christi, qui est Divinitas. Hæc enim, tanquam  
 una universalis, & assistens animat, & regit omnes  
 filios Dei, naturalem & adoptivos, Christum & nos.  
 Hæc merità, dicebat Apostolus; *Vos estis Christi,*  
*Christus autem Dei. (1 Cor. 3.)* Vps estis opus Christi,  
 estis filij per Christum; & Christus secundum humani-  
 tatem est opus Dei, ut S. Thomas docet, & filius imme-  
 diate per Deum. Igitur anima mea debes amare Deum  
 per Christum: Deum, ut principium sine principio; Chri-  
 stum, ut principium de principio; Deum, ut Patrem  
 per Christum; Christum, ut fratrem, & Patrem.

C ; O Deus





O Deus meus, ego filius tuus, Vellem amare te  
 quantum debeo, cum sim filius tuus. O Deus  
 IESU, ego frater tuus, per te venio ad Patrem. Vellem  
 sequi te, ut viam; credere, ut veritatem; amare  
 ut vitam.

## CONSIDERATIO XLV.

AMOR DEI,

*Languor Anima.*

Quando anima accensa ardenti desiderio  
 Deum, est quodammodo impatiens, utitur  
 moræ inter creaturas, consumptis spiritibus, & corpore  
 vis viribus corporis per vim amoris, deficit ad deum  
 mundi, ac sentit in seipsa deliquium amoris, & dicit  
 quendam languorem, qualem sentiebat anima illa  
 diceret, *Amore languo*, deficio præ amore.

Amore languo, quia flagro amore, & cre  
 guoris est ardor. Quia ardeo & comburo de  
 videndi Deum, non possum diutius vivere in  
 sentio pœnam in vita, quia desidero mori.  
 derium divinum, deice vires corporis, roborat  
 vires animæ!

Quid cogitas anima mea? Novilli hanc vo  
 Ecce signum perfecti amoris, languere & mori  
 ficere mundo, terræ, creaturis; & desiderare, suspirare  
 anhelare, cœlum ac Deum. O beatum languorem  
 & dulce mori! Amor languens, Amor  
 ardens!

